MARCI ANTONII

SABELLI

J. C. MUTILIANENSIS,
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS
Curiæ Criminalis Auditoris

SUMMA

DIVERSORUM TRACTATUUM,

IN QUIBUS OMNIGENÆ UNIVERSI JURIS ſelectiores, methodicæ, practicæ, ac deciſivæ Concluſiones circa Judicia, Contractus, ultimas voluntates & delicta ad Forum Seculare, Eccleſiaſticum, & Conſcientiæ ſpectantes, ad inſtar uberrimi REPERTORII ordine alphabetico habentur, & à probatiſſimis hujus ætatis neotericis Auctoribus, ac quarumvis materiarum Deciſionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ, Urbis & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ diſtinctæ, eruditè, & copioſiſſimè pertractantur.

Opus omnibus Judicibus, Advocatis, Procuratoribus, cæteriſque Juriſprudentiæ Profeſſoribus maximè utile, & ad elevandos labores apprimè neceſſarium, dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim & uſum quotidianum pertinentia, ſummo ſtudio, ac diligentia adnotata exhibentur, unà cum Compendio JUDICIS PERFECTI, ſive Diſcurſus de prohibita munerum & precum datione ac receptione Judicibus, cæteriſque Officialibus publicis

EDITIO NOVISSIMA, & INNUMERIS ACCESSIONIBUS à GUIDO ANTONIO SABELLO J. C. ET EQUITE, Auctoris Filio, magno ſtudio collectis, ac propriis locis utiliter inſertis locupletata, nunc verò noviſſimâ hac editione quamplurimis Additamentis in calce appoſitis augmentata.

TOMUS SECUNDUS.

M. D. CC. VII.

COLONIÆ
Sumpt. WILHELMI METTERNICH Bibliop.

Sub Signo Gryphi. Cum Privil. Sacræ Cæſareæ Majeſtatis.

AD LECTOREM.

Quibus rationibus quibuſque partium ſtudiis huius Operis Auctor ducatur, ubicumque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſæculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, et illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animadvertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſſitatem, ſeu mavis corruptelam agnoſces. Ceterum ne imprimendi Operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuiſſe, ac ſi id agretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidaſque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra novarum opinionum ſectatores ſua jura probè conſtent.

Index Paragraphorum Tomi Secundi.

E

Ebrietas. 1
Eccleſia. 2
Ædificare. 8
Ægidiana. 11
Electio. 12
Emancipatio. 15
Emphyteuſis. 16
Emptio. 30
Epiſcopus. 42
Æquitas. 54
Equites. 55
Error. 56
Æſtimatio. 59
Ætas. 61
Eugeniana. 63
Evictio. 63
Exceptio. 68
Excommunicatio. 77
Excluſio. 82
Exculpatio. 83
Excuſatio. 83
Executio. 87
Excuſſio. 84
Executor. 92
Exemptio, & Eximens. 94
Exigens, vel Exactio. 95
Exilium. 95
Expenſæ. 97
Extenſio. 103
Extraneus. 104
Extremum. 104

F

Factum. 106
Facultas. 107
Falcidia. 109
Falſitas. 110
Fama. 113
Familia, & Familiaris. 116
Famulus. 118
Fœmina. 120
Feneſtra. 122
Feriæ, & Feſta. 123
Feudum. 125
Fideicommiſſum. 130
Fidejuſſor. 140
Filiatio, Filia, & Filius. 154
Fiſcus. 173
Flumen. 178
Forenſis. 179
Forma. 181
Fornicatio. 182
Forum, vel Forus. 182
Frater. 184
Fraus. 189
Fructus. 189
Fuga. 201
Fundus. 201
Funus. 204
Furor. 204
Furtum. 206

G

Gabella. 227
Geminatio. 236
Genus. 237
Geſtio. 237
Gradus. 238
Gratia. 239
Gravamen, vel Gravatus. 242

H

Habitatio. 247
Hæreditas. 248
Hæres. 241
Hæreſis. 264
Hypotheca. 268
Hiſtoria. 279
Homicidium. 280
Hoſpitale. 291
Hoſpes. 292

I

Identitas. 294
Ignorantia. 295
Immiſſio. 298
Immunitas. 299
Impedimentum. 310
Impoſitio. 311
Impoſſibilitas. 312
Impugnatio. 312
Impunitas. 313
Incendium. 313
Incertitudo. 315
Inceſtus. 315
Incontinenti. 317
Indicium. 318
Indulgentia, & Indultum. 321
Induſtria. 323
Infamia. 323
Infantia. 324
Infirmitas. 324
Inhibitio. 326
Inimicitia. 327
Injuria. 329
Inquiſitio. 333
Inſinuatio. 335
Inſtantia. 338
Inſtitutio. 339
Inſtrumentum. 343
Inſultus. 347
Interdictum. 347
Intereſſe. 348
Interpretatio. 356
Interrogatoria. 357
Intimatio. 358
Intromiſſio. 359
Invaſio. 359
Inventarium. 359
Inventor. 364
Inveſtitura. 365
Irregularitas. 366
Judæus. 367
Judex. 371
Judicium. 391
Juramentum. 393
Juriſdictio. 401
Jus accreſcendi. 405
Jus congrui. 409
Juſpatronatus. 414
Jus. 422

MARCI ANTONII SABELLI J. U. D.

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.

LIBER QUINTUS.

De littera E.

§. EBRIETAS. I.

1 Ebrietas ſive ebrius, quando quis ſine menſura, & ultra trinam vicem in prandio, vel cœna bibit, *c. quoniam 44. diſt.* Maur. *de fidejuſſ. p. 2. ſect. 8. cap. 9. num. 11.*

Hodie tamen cùm uſus vini factus ſit omnibus familiaris in regionibus noſtris, non cenſetur, nec efficitur quis ebrius, etiam pluries, ac ſepties bibendo, niſi ab eventu, & effectu, ac juxta qualitates vini, & complexiones perſonarum. Quòd ebrietas ſit fomes omnium vitiorum, & per ſe peccatum mortale, maximè ſi ſit aſſidua, *c. nimorum §. alias 25. diſt.* Menoch. *de arbr. caſ. 404. n. 1. & ſeq.* Maur. *loc. cit. n. 14.* & melius Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 23. de jejun. fol. mihi 854. lit. A.* Multa de ebrietate, & effectibus vini immodicè ſumpti, quando & à quibus excuſet, vel non, Paul. Rub. *in diſcurſ. ad par. 11. deciſ. Rot. Roman. rec. num. 63. & ſeqq.* Urceol. *tract. de tranſact. quæſt. 37. per tot.* Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib. 2. tit. 1. quæſt. 11. per tot.*

An autem excuſet ab aliis peccatis, & à quibus ita ut aliqua dicta, vel facta ab ebrio non ſint peccata, quæ alioquin eſſent, vide Dian. *part. 3. tract. 6. reſol. 52.* Baldel. *Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. diſput. 30.* ubi plura de ebrietate, quando ſit peccatum mortale, vel non, & alia Gab. Vaſq. *in S. Th. 1. 2. tom. diſp. 127. per tot. fol. mihi 547. &c.* Leſſ. *de juſt. & jure lib. 4. cap. 3. dubit. 4. per tot. &c.*

2 Ebrius delinquens non ſtudioſè, ſed imperitosè delinquere dicitur, & ideò excuſatur à pœna delicti ordinaria & ſolùm arbitrio Iudicis punitur, etiam ſi delinquat contra Principem illi maledicendo, & etiam ſi ſtatutum dictaret, nullam delinquenti eſſe habendam miſericordiam; intelligendo niſi eſſet levi tantùm ebrietate affectus, vel niſi data opera factus ſit ebrius, vel niſi poſt ebrietatem glorietur de patrato delicto, quia his caſibus pœna ordinaria eſſet puniendus; Menoch. *de arbitr. caſ. 320. per tot. caſ. 301. num. 13. & caſ. 377. num. 6. & ſeqq.* Paul. Rub. *in diſcurſ. ad p. 11. deciſ. Rot. Roman. rec. num. 139. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Ebrietas reſ. 1. per totam,* Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. d. q. 11. lib. 2. tit. 2.* facit quod dixi *in §. Inimicitia num. 8. in fine.* & benè omnia prædicta probat D. Fulv. Majoran. *in Opprax. crim. 1. de lib. 1. cap. 42. n. 101. & ſeqq. fol. 158.*

An, & quando ebrietas excuſet à pœna ordinaria, vel non, Antunez *Portug. de donat. Reg. l. 1. c. 41. num. 41. & ſeqq.* ubi videtur diſtinguere, & concludere juxta hic notata, ex quibus etiam reſolvit, an, & quando ebrius ſibi mortem inferens carere debeat Eccleſiaſtica ſepultura, vel non.

Quòd ebrietas in delictis excuſet à doloſed non à culpa, & ideò ſit locus pœnæ extraordinariæ mitiori, vel etiam quandoque totali abſolutioni, ſi quis fuerit factus ebrius à ſociis per immixtionem aliquam in vino ſine ſua culpa, vel ſcientia. Clar. *§. fin. d. q. verſ. propterea quæro, n. 9.* ubi quòd eſt difficile in practica obtinere, vide Dian. *reg. 259.* Tuſch. *lit. E concl. 1.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 294. num. 86. & caſ. 297. nu. 7. & ſeqq.* Menoch. *d. caſ. 326. per tot.* Farinac. *q. 93.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib. 1. §. 14. cap. 2. nu. 18. &c.* Chriſtin. *dec. Belgic. 198. num. 23. & 24. vol. 4. idem in Comment. ad leg. municip. Mechlinen. tit. 4. art. 8. n. 10. fol. mihi 197.* ubi quòd ſi ebrius aliquem percuſſerit, non dicitur pacem rumpere & allegat Sebaſt. Medic. *de fornic. caſ. par. 8. q. 5. nu. 42. & in tract. Mors omnia ſolvit part. 5. num. 10.* Conciol. *d. verb. Ebrietas reſol. 1. & 3 per tot. & verb. Pax reſol. 85. per totam,* ubi quando non rumpat pacem, vel cautionem de non offendendo, licèt adverſarium offenderit, vide Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. li. 2. tit. 1. q. 11 per tot.* ubi plura de ebriis.

Ebrius durante ebrietate nullum contractum in ſui præjudicium gerere poteſt, etiam cum juramento, cùm deficiat 3
conſenſus. Alex. *in d. l. dolum C. de dolo,* Felic. *de ſociet. c. 7. nu. 7. & ſeqq.* Maur. *de fidejuſſ. p. 2. ſect. 8. c. 9. nu. 7.* Chriſtin. *dec. Belgic. 140. num. 8. &c. vol. 2.* ubi quòd ſaltem reſtituitur in integrum, Maurit. *de reſtit. in integrum cap. 304.*

Et ideò non poteſt pro aliis fidejubere, vel aliter ſe obligare, cùm tunc nullum conſilium habeat, quia vera ebrietas mentis exilium inducit, intelligendo de iſta, quæ omninò facit carere mente, & conſilio, non autem de ſimplici exhilaratione, & gaudentia propter vinum, quæ non impedit obligationem oriri, & in omnem caſum eſſet concludenter probanda ebrietas, nec obſtaret ſi poſt illam diſcuſſam, & ſuperatam ratificaretur obligatio, Dec. *conſ. 112.* Maur. *d. cap. 9. per totum,* Paul. Rub. *in diſcurſ. ad p. 11. dec. Rot. Rom. rec. nu. 136. & ſeqq.* ubi plura moralia, & curioſa de ebrietate.

Neque ebrius poteſt Matrimonium contrahere, nec ad ſacros ordines promoveri, Dec. *d. conſ. 112.* Spec. *de diſpenſ. §. juxta verſiculum ſciat,* Maur. *loc. cit. nu. 6.* Gab. Vaſquez *in S. Th. 3. p. tom. 4. tract. de matrim. diſp. 5. cap. 3. fol. 345.* Chriſtin. *d. deciſ. 140. nu. 9. vide § Clericus, n. 31.* prædictis adde Urceol. *de tranſact. q. 57. per tot.* ubi plura de ebrietate vera qualiter impediat quamcumque obligationem, & Paul. Zacc. *q. Medic. legal. lib. 2. tit. 1. q. 11. per tot.* Turrian. *de juſt. diſp. 64. dub. 12. per tot. fol. 802.*

Quòd ebrius continuè à mente alienus, non poſſit facere teſtamentum, nec ad pias cauſas, ſecus verò ſi aliquando ſit in ſuo ſenſu, & judicio naturali, quia tunc poſſet teſtari, niſi probetur tempore teſtamenti fuiſſe ebrium; quid in dubio, & alia curioſa, Antunez Portugal *de donat. Reg. l. 3. c. 15 nu. 30. & ſeqq.* Spino. *de teſtam. gl. 10. n. 11. & ſeqq.* Scaliott. *de teſtam. lib. 2. c. 8. n. 47. & ſeqq.*

Ebrius non poteſt eſſe teſtis, & illius teſtamentum non 4
valet, cùm neſciat quid dicat, vel agat, Maſcard. *de probat. concl. 569. & concl. 159. num. 9.* Maur. *ubi ſupr. n. 5.* vide Fa-